

Epistola Pauli

Postilla fratris Nicolai de lyra sup epistolas Pauli ad hebreos incipit feliciter: et primo pbemium.

Quam venerit quod perfectum est euacuabit quod ex parte est. prima ad Corinthios. xiiij. In primitiua ecclesia illi qui de iudaismo conuertebantur ad fidem christi zelabant nimis et indiscrite p lege moysi mouebant q scribitur in libro Act. apostolorum. In quo quidem libro teritur historia nascentis ecclesie: vt dicit hieronymus in epistola ad Paulinum: ubi. n. xxi. ca. introducunt verba beati Jacobi loquentis ad Paulum apostolum de zelo puerorum ad fidem christi p lege moysi sic dicentis: Cides frater quot milia sunt in iudeis qui crediderunt christo et omnes sunt emulatores legis. Et intantum p lege moysi zelabant q dicebant necessariuz ad salutem ipsam obseruari: vt habetur Actuum. xv. quidam descendentes de iudca. s. in antiochia ubi erat ecclesia fidelium inchoata: dicebant frater quia nisi circucidamini secundum morem Moysi non potestis salui fieri. inde orta sunt heresis nazareorum dicentium: obseruantiam omnium legalium esse necessariam ad salutem: vt dicit Augustinus de heresibus. Paulus igitur a deo doctus non soluz in terris p inspirationem sicut ceteri apostoli: sed etiam in cellis per apertam visionem raptus: sicut scribit Augustinus ad Paulinum de videndo deum: videns hoc esse contra veritatem euangelij scripsit hanc epistolam hebreis ad christi fidem conuersis: in ea manifeste ostendens imperfectone legis respectu euangelij: et per consequens eius cessationem in tempore perfectionis quod est tempus christi. Et ex hoc patet q ista epistola inter epistolas pauli prima est in ordine doctrine licet sit vltima scribendo tempore: quod patet ex duobus. Primo ex modo scribendi: quia hanc epistolam scripsit apostolus hebraice vt magis videbitur infra. scripsit autem hebraice antiquior est inter omnes secundum quod dicit Hieronymus. s. ad Titum. vnde et alie littere deriuantur ab hebraicis et quantum ad sonum et quantum ad nominationem: quod patet de litteris grecis. prima enim littera hebraica dicitur Aleph: secunda Beth: prima in greco dicitur alpha: secunda beta: et sic de alijs saltem in pluribus. vnde patet q littere grece sunt deriuatae ab hebraicis: et non est dubium q latine deriuatae sunt a grecis: sicut idioma latinuz ab idioma greco: et sic patet propositum. secundo hoc patet ex sententia quia in hac epistola veritas legis euangelice et eius perfectio ostenditur: in alijs autem epistolis paulus apostolus ad obseruantiam euangelij fideles hortatur: prius est autem legis veritatem agnoscere q ipsam veritatem obseruare: patet igitur q hec epistola prior est ordine doctrine. In verbo igitur preassumpto tria designantur ad euidentiaz huius epistole: primum est imperfectio legis mosaice: secundum est perfectio legis euangelice: tertium est ordovtriusq. primum tangit cum dicit quod ex parte est: secundum cum dicitur quod perfectum est: tertium cum dicitur venerit et euacuabitur. quia adueniente euangelio lex euacuabitur vt magis videbitur in sequentibus. Primo igitur in verbo preassumpto tangitur imperfectio mosaice legis cum dicitur: Quod ex parte est. pars enim habet rationes imperfecti: sicut p oppositum totum habet rationes perfecti: secundum q dicitur. iij. phisicozum. Totum et perfectum idem sunt et ideo imperfectio legis mosaice bene designatur cum dicitur: Ex parte. Ad cuius euidentiam notandum q in lege diuina occurrunt tria consideranda. primum est fides vnius dei quod est quid preuium ad susceptionem legis diuine. quia per fidem populus adunatur cui lex datur: quia lex non datur nisi populo aliquo adunato. secundum est ipsa lex vel corpus legis: quod consistit in ipsius mandatis vel monitis. tertium est eius finis. finis autem legis diuine est beatitudo eterna: sicut finis legis politice et humane est felicitas politica. In istis tribus lex mosaica inuenitur imperfecta: quod patet de primo: videlicet de fide: quia licet in illa lege fuerit noticia aliqualis vnius dei: et etiam christi in quodam generali: tamen non fuit ibi noticia ex-

placita trinitatis personarum in unitate essentiae: nec per consequens incarnationis: cuius ratio est: quia sicut cognitio naturalis peccat de imperfecto ad perfectum: vt dicitur. i. phisicozum. Unde pueri vocant primo omnes viros patres et omnes feminas matres: postea distinguunt vnum quodq. ita similiter supernaturalis cognitio minor: fuit in veteri lege q in noua: in qua per christum veritas lucide est reuelata: ppter quod dicit saluator Iohannis. xvij. Pater manifestauit nomen suum hominibus quas dedisti mihi. Et in signum huius Moyse loquebatur ad populum velata facie: vt habet Exodus. xxxij. Quia mysteria fidei nostre erant figuris et enigmatibus velata: ppter quod patres veteris testamenti poterant dicere q illud quod scribitur. i. Corinth. xiiij. Ex parte cognoscimus et ex parte ppteramus. Similiter lex mosaica fuit imperfecta quantum ad secundum quod est legis corpus siue mandata ipsius. Ad cuius euidentiam considerandum: q mandata legis in tria distinguuntur genera: quia quedam sunt precepta moralia: cuiusmodi sunt illa que sunt de dictamine rationis: etiam si nulla lex esset lex posita: sicut est illud mandatum quod scribitur Exodus. xx. Honora patrem et matrem. Similiter illud quod p modum monitionis scribitur Levitic. xix. Coram cano capite conurge et honora personam senis. et similia. Quedam autem sunt iudicialia precepta que sunt determinationes quedam moralium preceptorum in ordine ad proximum sicut de dictamine rationis naturalis est q malefici moriantur: ppter quod preceptum illud morale est quod habetur Exodus. xxij. Maleficos non patiaris viuere. Item modus mortis vt q lapidentur vel decapitentur: huiusmodi pertinent ad determinationem legis: et determinat in iudicialibus preceptis. Quedam autem sunt ceremonialia et sunt determinationes moralium preceptorum in ordine ad deum: sicut de dictamine rationis naturalis est: q deus honoratur: et ideo datur de hoc preceptum morale Exodus. xx. Memento vt diem sabbati sanctifices. Modus tamen honorandi deum: vt q talia vel talia sacrificia vel talibus temporibus et huiusmodi. pertinent ad determinationem legis: et hoc determinatur in ceremonialibus preceptis: ppter quod preceptum Exodus. xxij. Memento vt diem sabbati sanctifices. Quantum ad determinationem temporis. s. die sabbati ceremonialis est: morale autem in quantum ibi precipitur q homo vacet diuinis. Ista autem tria predicta genera preceptorum in lege moysi fuerunt imperfecta. Et hoc declaratur primo de moralibus preceptis duplici ratione. Prima ratio est ista quia moralia precepta in lege moysi ordinabantur actus hominum exteriorium: ppter quod apostolus in epistola ad romanos. iij. vocat legem moysi legem factorum de actibus autem interioribus in quibus principaliter consistit bonum moris nihil ordinabat aut parum. Sed contra hoc videtur esse illud quod habetur Exodus. xx. vbi concupiscentia prohibetur. Non cupisces vxores proximi tui. Dicendum est secundum antiquos doctores q talis concupiscentia non prohibetur in quantum est omnino latens in corde: sed prout prouidebat exterius p aliquam signa: vt per verba scurrilia tactus et oscula et huiusmodi: et ideo sic exponunt: Non concupisces. i. signa concupiscentis non facias. Unde philippus. iij. dicit glossa q lex vetus prohibebat manum non animus. Ad secundum alios dicendum: q lex vetus prohiberet concupiscentiaz animi latentem: hoc tamen erat in paucis. s. in mebia et furto. Iterum in istis in sufficienter prohibebat concupiscentiam quia non puniebat transgressores: et sic patet q lex mosaica insufficienter ordinabat actus exteriores insufficienter ordinabat: sicut dicitur. xxxij. vbi dicitur: Non fenerabis fratri tuo ad vsuram pecuniam nec fruges: nec aliquam aliam rem: sed alieno. Ibi est permittitur vsura cum extraneis personis: quod est illicitum: et contra dictamen recte rationis. similiter dicitur.

Ad hebreos

xxiij. permittitur viro dare uxori libellum repudij et ex causa indebita: vnde ibide dicitur. Si acceperit homo uxorem et odio habet eam et non inuenierit gratias in oculis eius propter aliquam fediditatem: scribat libellum repudij et dabit in manu eius et dimittet in domo sua. in diuisibilitas autem coniugum per totam vscam est de dictamine rationis naturalis: vt alis declarauit supra **Natb.** Et sic patet q lex vetus imperfecta fuit in moralibus: propter hanc autem imperfectionem lex mosaica dicitur pedagogus noster: **Gal. iij. i.** Regula pueroz et imperfectozum: in quibus non queritur perfectio in tero: licet ab exterioribus in bonis timore disciplinae reprimantur et in exterioribus actibus multa eis permittuntur que non pmitterentur viris perfectis: propter quod **Augustinus** libro de spiritu et litera exponens illud **ij. Corinth. ij.** Litera occidit etc. dicit hoc esse intelligendum non tantum de ceremonialibus: sed de moralibus veteris legis: quia scilicet non prohibebant aliqua que de se sunt mortifera: vt pars ex predictis. propter quod dicitur ad **Roma. ij.** Et operibus legis non iustificatur omnis caro. Secundo ostenditur q ceremonialia fuerunt imperfecta. Ad cuius euidentiã considerandus q ceremonie veteris legis sunt in quadruplici differentia: quedam ptiuent ad sacramenta: quedam ad sacrificia: quedam ad obseruationem: quedam ad sacra. sacra autem et obseruationes ordinantur ad sacrificia et sacramenta: quia sacra dicuntur vasa et loca et huiusmodi quibus vtentur in sacrificijs et ritu colendi. obseruationes dicuntur quidam modi religiosi viuendi quibus vtentur iudei qui erant populus peculiaris ipsius dei: vt pote q custodirent se ab aliis cibariis et potibus et vestibus et consimilibus: et hanc erant populus deo consecratus per sacramentum circumcissionis: et alia sacramenta. nunc autem ita est q et sine accipitur ratio eorum que sunt ad finem: et ideo si ostendatur q sacrificia et sacramenta erant imperfecta: sufficienter erit ostensum q sacra et obseruationes erant imperfecta. quia ordinantur ad duo predicta sicut ad finem: vt predictum est. **De** autem sacrificia veteris legis essent imperfecta ostenditur quia quedam erant sacrificia pro peccato oblata: et hec erant imperfecta: quia non poterant auferre peccata: propter quod dicit apostolus ad **Hebr. ix.** Impossibile est sanguine bircorum et thaurorum auferre peccata. et iterum ibidem: **Omnes** quidem sacerdotes. scilicet veteris legis p fto est quotidie ministrans. vt eadem offerens hostias que non possunt auferre peccata. et hoc idem habetur **Eccl. xl.** **Lybanus** no sufficit ad succendendum: et animalia no sufficiunt ad holocaustum. **lybanus** autem hoc vocatur primum templum quod factum fuit de **lybani** lignis. animalia autem ibi oblata et qstum ad partes concremata non sufficiebant ad amotionem peccati. **Alia** erant sacrificia pacifica: id est et deuotioe oblata ad gratiam dei impetrandam seu aliquod beneficium diuinum: et illa erant imperfecta: quia gratia diuina seu beneficium diuinum non impetrabatur ratione oblati muneris: licet aliquando daretur. propter deuotionem et fidem offerentis. et hoc est quod dicit. **ij. apostolus** ad **Hebr. ix.** **Tabernaculum** factum est primum etc. et sequitur: **Que** est parabola instantis temporis iuxta quam munera et hostie offeruntur: que non possunt iuxta conscientiam perfectam facere seruientem. **Perfectio** conscientie est per donum gratie: et sic ppositus qstum ad legis sacrificia. Similiter sacramenta veteris le. erant imperfecta. Ad cuius euidentiã considerandum q illa sacramenta erant ordinata ad faciendum homines idoneos ad cultum diuinum: et ideo de eis aliqua erant communia toti populo tam viris q mulieribus: vt purificationes alique a tactu immundi vel mortui: que purificationes fiebant p aspersionem aque expiationis: de qua habetur **Illumeri** decimono: et consimilia. aliqua autem erant sacramenta solis viris pueni-

entia: sicut circumcisio: aliqua solis sacerdotibus: sicut consecratio et unctio sacerdotis: et similia. Cuius ratio est: quia sacerdotes speciali modo applicabatur ad cultum dei. **Ista** tamen sacramenta predicta erant imperfecta: quia non conferbant gratiam: sine qua non efficiuntur homines idonei ad cultum diuinum: ideo sacramenta legalia dicuntur egea et infirma: **Gal. iij.** vbi dicitur sic: **Nunc** autem cum cognoueritis deum in mo cogniti sitis a deo: quomodo conuertimini iterum ad egea et infirma clementia. dicuntur autem infirma: quia non conferbant aliquam potestatem spiritualem. sicut conferunt sacramenta noue legis. similiter dicuntur egea: quia non conferbant gratiam: que necessaria est ad bene vtendum illa potestate. **Sed** contra hoc videtur quia in **Exod. x.** et **Leuit.** quasi vbiq dicitur q illa sacramenta reddebant homines idoneos ad cultum diuinum. **Dicendum** q talis idoneitas erat p quandã mundiciã et expiationem corporalem: sicut in noua lege aliquis dicitur ineptus ad ministrandum vel celebrandum propter immundiciã manuum: et lotio manuum reddidit eum aptum: sed hec aptitudo est tñ corporalis: sic erat de aptitudine quod dabatur per sacramenta veteris legis: propter hoc dicuntur ista sacramenta emundationis carnis: vt habetur **Hebr. nono**: vbi dicitur sic: **Sanguis** bircorum: qui scilicet offerrebat in consecratione sacerdotum: et eius vitule asinus: quo omnes mundabantur a tactu mortui vel immundi: vt dictum est: inquinatos significat. ad emundationem carnis. id est corporis: quia vt dictum est talia non conferbant gratiam: sed auferbant quedam impedimenta et irregularitates impediens a tabernaculi ingressu. sicut in noua lege patet per exemplum. quando enim per prelatos dispensatur cum aliquo illegitimo nato: vel priuato vno oculo vel huiusmodi: non confertur ex hoc sibi gratia: sed tñ irregularitas tollitur. **Sed** contra hoc videtur q fin doctrinam sanctorum circumcisio tollebat peccatum originale et per consequens conferre gratiam: vt communiter tenetur. **Dicendum** fin antiquam opinionem q tollebat peccatum originale: non tamen gratiam conferre. hec enim erat potestas circumcissionis: vt tenetur a multis et magnis: quorum rationes hic propter plicitatem omitto: et in hoc differrebat a baptismo q non solum auferre peccatum originale: sed conferre gratiam. **Alter** potest dici q si in circumcissione conferrebat gratia: hoc non erat in virtute illius sacramenti: sed ex fide christi venturi quem professabatur ille qui circumcidebatur si adultus erat: vel alius pro eo si paruulus erat. et hoc est quod dicitur pmuter q valebat ex fide suscipientis: non autem ex opere operato: p que modum valent sacramenta noue legis. patet igitur q ceremonialia pcepta legis erant imperfecta. **tercio** ostendo q iudicialia erant imperfecta quod patet ex duobus. primo ex modo inducendi boies ad obseruationem iusticie: ad quod ordinabantur iudicialia precepta. secundo ex ipsis preceptis. **Primum** patet sic: proprium est imperfectorum hominum vt inducantur ad iusticiã obseruandam p timorem pene: vnde dicit **Quatus** li. epliarum: **Oderunt** peccare boni virtutis amore: **Oderunt** peccare mali formidine pene. **Hoc** etiã declarat ratione: quia illud quod cum timore fit pena est et non delectabile: vnde dicit. **ij. Jo. iij.** **Timo**: penam habet. opari autem virtuose non est penale virtuoso et pfecto: sed magis delectabile: propter quod dicitur. **ij. Eccl.** q signum habitus generati est delectatio in opere: sed lex mosaica inducebat homines ad iusticiã obseruandam per timorem penarum: propter quod dicit lex timoris: et in signis huius lex data fuit in terroribus: vt patet **Exod. xiv.** **Hanc** aduenit dies tercius in quo scilicet data est lex. **Sequitur**: **Et** ceperunt audiri tonitrua et micare fulgura: et nubes densissima operire montem: dangoq; buccine: yebementius perstreperabat: tremuitq; populus qui erat in castris. **Et** similiter eadem ratione facies **Moyssi** apparuit cornuta: quando secundo apportauit legem in tabulis descriptam: et timuerit filij israel: vt habetur **Exo. xxxiii.** **In** cornibus? **illis** designat terror et feritas atq; securitas legis.

Epistola Pauli

Patet igitur primum: eius imperfectio iudicialius precepto-
rum ex modo inducendi ad opera iusticie p timore pene.
scdo idē patet ex ipsis iudicialibus preceptis q̄ aliq̄n̄ insti-
gebant penam innocenti: et aliq̄n̄ culpabilem non punie-
bant: primum patz p̄ illud qd̄ habet **Num. xxxv.** de bo-
miciadio oio casuali vbi dicit sic: **Et alis q̄ fortuitu z absq̄**
odio est iniuricus z interficiat homines debere fugere
ad aliquā civitatē refugij: z ibi manere vsq; ad mortē sū-
mi sacerdotis: quod aliquando erat p̄ magnū tps: et p̄ cō-
sequens talis qui erat innocens cū homicidiū fuisset om-
nino casuale et involuntarius sine culpa puniebat̄ graui
pena: quia oportebat eū erulem esse per magnum temp̄
a sua civitate et sua possessione. scdm̄ patet vbi subditur
de tali fugit: uo innocente: q̄ si extra fines vrbium inuen-
tus fuerit z percussus ab eo: qui vltor ē sanguinis absq; no-
ra erit qui euz occiderit. debuerat enim profugus vsq; ad
mortem summi pontificis in vrbe residere: et sic patet q̄
interfectio innocenti in casu tali remanebat sine pena q̄
tamen est grauis culpa: talis autem imperfectio legis cō-
ueniebat imperfectioni populi qui erat pronus ad effusi-
onē sanguinis: et ideo si interfecto a casu remaneret in
sua civitate inter amicos interfecti esset in periculo mor-
tis q̄uis innocens: et sic de facili possent in populo homi-
cidia multiplicari: et ideo ad hec mala evitanda data est
lex predicta de eius fuga: q̄uis esset innocens: et eadez ra-
tione procedit lex: si aliquis amicus mortui interficeret
eum extra fines civitatis refugij et sic cogeretur in vrbe
remanere non ex sua culpa sed propter homicidia uitan-
da ad que populus tanq̄ imperfectus erat pronus: exē-
plum ad hoc idoneū ponit philosophus. v. ethicorum di-
cens: q̄ alique leges sunt similes regulis quibus vtūtur
artifices in lesbia ad colandum lapides: quia lapides illi
euz regionis sunt male colabiles: ideo vtunt̄ artifices re-
gulis plumbeis vt possint tormositati lapidum applicari
risc in veteri testamento date sunt leges aliquam imper-
fectionem habentes. ppter imperfectionem illius p̄ pali
patet igitur ex predictis q̄ legis precepta tam ceremoni-
alia q̄ moralia q̄ etiam iudicialia erant imperfecta: pro-
pter quod dicit dominus **Leuiticus. xx. ca. Vnde eis pre-**
cepta non bona z iudicia in quibus nō viuēt et pollui eos
in muneribus suis. dicit **Precepta q̄tum ad moralia que**
dicuntur non bona: nō ppter hoc q̄ ibi aliqd̄ malū preci-
piebat̄: sed q̄ p̄ ipsa actus interiores ipoz̄ imperfecte ordi-
nabant̄: vt visus est supra. dicit: Iudicia in quibus nō vi-
uēt q̄tum ad iudicialia p̄ que regebatur iste populus ti-
more pene: in quo nō cōsistit vita anime sed maḡ in amo-
re. dicit vltorius: Et pollui eos in muneribus suis. i. pol-
lutos ostendi q̄tum ad ceremonialia: quia per illa que of-
ferbantur pro peccatis polluti ostendebantur: et tamen
non mundabantur vt visum est supra. patet igitur q̄ lex
mosaica erat imperfecta si consideret̄ ipsum corpus leḡ
tercio lex mosaica erat imperfecta si consideretur eius fi-
nis. sicut enim finis legis humane ē felicitas politica: ita
finis legis diuine est felicitas eterna: non solum legis no-
ue sed etiam veteris: propter quod dicit apostolus **Ro. x.**
Finis legis christus in quo consistit beatitudo obiectiue:
fm̄ q̄ dicitur **Jo. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscat̄ e-**
te solum deum et quem misisti iesum christum. hunc autē
finem nō consequitur nisi per gratiam fm̄ q̄ dicitur **iko.**
xj. Gratia dei vita eterna. lex autem mosaica non poterat
gratiam conferre vt visum est: et p̄ consequens non po-
terat ad hunc finem introducere: ppter quod patres vete-
ris testamenti quantumcumq; iusti descēdebant in infer-
num ad lymbum patrum: ppter quod dicit sanctus **Job**
xvij. In profundissimū inferni descēdebant oīamea. p-
pter quod felicitas eterna nō promittebatur in lege ma-
nifeste: sed tm̄ sub figura prosperitatis terrene: et si aliter
promittitur hoc est raro et obscure: ppter quod dicit apo-
stolus ad hebre. x. Umbra habens lex futurorum bono-
rum non ipsam imaginem rerū: n̄: quia non manifeste ē
obscure futura bona que sunt bona celestia promittebat.
patet igitur ex predictis imperfectio legis q̄tum ad tria

predicta: videlicet q̄tum ad id quod est legis preuius
z q̄tum ad legis corpus: z q̄tum ad finem ipsius: pro-
pter quod dicit apostolus **Hebr. vii.** Nihil ad pfectū
adduxit lex. et hec imperfectio designatur cum dicitur
in verbo primo proposito ex parte vt p̄dictum est: p-
pter quod de hoc pot̄ ex parte exponi illud quod dicit
Job. xvij. Ecce hec ex parte dicta sūt viar̄ dei. vic. n.
deuēiendi ad deū sunt vetus et nouū testa. sed ea que
in veteri testamento dicta sunt illa sunt ex parte: quia
sunt imperfecta: vt patet p̄ dicta. scdo principaliter tan-
gitur in verbo proposito pfectio legis euangelice cum
dicitur: **Id quod pfectum est. z patet eius pfectō cō-**
parando eam ad legis imperfectionem. quia pfecta est
respectu cognitionis fidei z respectu finis in quo? lex
mosaica erat imperfecta. Et autem cognitio dei perfe-
cta sit in lege noua patet per illud quod habetur **Job.**
xvij. Patet manifestam nomen tamen. In figura au-
tem huius velum templi fuit scissum in christi passio-
ne ad ostendendum q̄ declarata et manifestata erant
que prius latebant sub velamine: propter quod ipsa
lex noua tanq̄ pfecta in cognitione: est tonum perfe-
ctum descendens a patre luminum: vt habetur **Jaco.**
j. Similiter lex noua perfecta est q̄tum ad ipsum
corpus legis. scilicet q̄tum ad moralia precepta: et q̄tum
ad sacramenta: et q̄tum ad sacrificia. primo patet hoc
de preceptis moralibus: quia lex noua perfecte ordiat
humanos actus: non solum exteriores sed etiam inte-
riores: et in hoc imperfectionem legis supplet: p̄p̄
quod dicit saluator **Mathei. v. imperfectionem legis**
adimplendo: Audistis quia dictum est antiquis: **Mo-**
ocides. qui autē occiderit reus erit iudicio. ego autē
dico vobis: qz omnis qui irascit̄ fratri suo re? erit iudi-
cio in q̄ ordinat motum animi interiorē: vt p̄z. Si
militer lex noua actus exteriores ordinat nullum ma-
lum permittendo: propter quod dicit saluator **mat.**
ix. Dico autem vobis quia omne verbum ociosus qd̄
locuti fuerint homines super terram reddent rationē
in die iudicij. Si autem hic prohibet verbum ociosus
per consequens verbum nociuum: et multo fortius om-
nem actum malum: propter quod **Mat. v. post sup-**
pletionem preceptorum moralium veteris legis con-
cludit perfectionem euangelij dicens. Estote ergo p̄fe-
cti zc. Perficit autē christus moralia precepta leḡ
is consimilia euangelica superaddendo: Propter quod
****Mat. xix.** dicit iuueni dicenti se custodisse mandata**
legis z querenti vltorius viam pfectionis dicit salua-
tor: Adhuc vnum tibi deest: si vis perfectus esse vade
vende omnia que habes da pauperib; z habebis the-
saurum in celo z veni sequere me. secundo dico q̄ lex
noua perfecta est q̄tum ad sacramenta: quia conferūt
gratias qd̄ non faciebant facta veteris legis: propter
dicitur **Jobannis. j. Lex per moysen data est gratia et**
veritas per iesum christum. propter hoc de **Jobanne**
baptista: qui per suam predicationem et baptismum
suum disponebat populum ad christi baptismum: et
per consequens ad alia sacramenta: cū baptismus sit
tanua sacramentozū **Luce. j. dicitur: Ipse prabit an-**
te illum in spiritu et virtute helye parare domino piebē
pectas. tercio lex noua pfecta est q̄tum ad sacrificia: qz
in ipsa est vnum sacrificium pfectissimum. i. eucharis-
thia que non est tm̄ sacramentum. sed etiam sacrificiū:
quia ibi christus quodammodo immolatur: z vltus
sue benedictē passionis a populo papitur: tamē istud
sacrificium tanq̄ vnum et pfectum fuit in lege figura-
tum per multa sacrificia et varia sicut perfectum p̄ im-
perfectum. Cuius autem pfectio apparet in duobus.
primo quia tollit peccata quod non poterant facē le-
gis sacrificia: ppter quod **Jobā. j. dicitur: Ecce agnus**
dei ecce qui tollit peccata mundi. i. peccata omnis fide-
lis et infidelis fm̄ q̄ dicitur **Job. iij. ca. prima canon-**
ca: P̄ se est propitiatio pro peccatis nostris: non pro
nostris tm̄: sed etiam pro totius mundi. secundo app-

Ad hebreos

ret eius perfectio: quia augmentat gratiam: sicut dicitur Job. vii. Qui manducavit me vivit propter me. p. augmen. i. g. r. e. de v. r. o. q. s. h. aut effectus huius sacrificii dicitur. **Hebre. i.** Sic autem unam p. peccatis hostiam offerens. s. semetipsum: sedet ad dexteram dei patris. sequitur. **Ana em oblatioe phir: naut in sem piteriu sanctificatos. amotio lingue ostendit cum dicit in auctoritate. Unam p. peccatis hostiam offerens. collatio et augmentatio gratie cum dicitur. Et summavit in sempiternum sanctificatos. et sic perfectio euangelii patet ex perfectione sacrificii: propter quod dicitur **Hebre. ix.** Pristinus assistens pontifex futuroz bonozum p. amplius et perfectius et. tercio ostenditur perfectio legis euangelice quantum ad iudicialia: quia inducit ad observantiam legis non p. timorem p. n. e. s. p. amorem iusticie quod est. p. r. i. m. p. f. e. c. t. o. r. u. m. : et supra dicitur est: propter quod lex nova dicitur perfecta sicut dicitur **Iaco. i.** Qui autem p. sperent in lege perfecte libertatis et. **Item** quia nullum innocente punit: nec aliquid malum impunitum relinquit: quia etiam verba oiosa punianda ostendit: ut supra dictum est: et non solummodo verba oiosa: sed etiam malas cogitationes: sicut dicitur **Matth. v.** Ego autem dico vobis quod quicumque i. d. e. r. i. t. mulierem ad concupiscendum eam: iam mechatus est in corde. propter quod lex nova est perfecta: de qua potest exponi illud **Can. vi.** Ana est columba mea perfecta mea. dicitur enim lex nova columba metaphorice: quia est sine felle amaritudinis: nullum innocens puniens. dicitur perfecta: quia nullum malum admittens: et sic apparet perfectio legis euangelice quantum ad legis corpus quod continet mandata. **Sic** lex nova perfecta est quantum ad finem legis quod quidem finis est vita beata ad quem finem immediate introducit lex euangelica: quod non poterat lex vetus nisi tunc in figura: propter quod dicitur apostolus ad **Heb. xii.** Non accessistis ad tractabilem ignem. i. e. co. p. o. z. a. l. e. m. : et visibilis: sicut accesserunt iudei in monte synai: sed accesserunt vestris. s. credentes in christo ad syon montem civitatem dei viventis: celestem hierusalem et multorum millium angelorum frequentiam: et ecclesiam primitivorum quod scripti sunt in celis: et iudicium omnium deum et spiritum sanctorum perfectorum: propter quod apostolus **Heb. vii.** Postquam dixerat nihil ad perfectum addidit lex. s. lex vetus ad iuriam. **Int**roductio vero melioris spei quam primam ad deum. s. in lege nova. patet igitur ex predictis quod lex nova perfecta est: et quantum ad cognitionem fidei legem preciam et quantum ad ipsum corpus legis: et quantum ad eorum finem. **Ista** autem perfectio legis figurata est. **Regu. vi.** ubi dicitur sic: Perfecta est domus domini in omni opere suo **Jer. ii.** nova potest convenienter dici domus domini: quia huius domus ipse est edificator: quia lex nova data est ab eo immediate non lex vetus: sicut dicitur **Hebre. j.** Multipliciter multisque modis olim deus loquens patribus in prophetis novissime diebus istis locutus est nobis in filio substantiali et coeterno. et ibidem subditur: dicitur etiam lex nova domus domini: quia ipse est huius domus inhabitator: quia in sacramento et sacrificio nove legis. s. eucharistia continetur totus christus realiter. bene igitur dicitur: Perfecta est domus domini in omni opere suo. quia perfecta est lex nova in cognitione fidei: in preceptis moralibus: in sacrificiis: in sacramentis: et iudicialibus: et perfecte introducit ad finem legis. s. vitam beatam que est finis divine legis: et sic patet secundum principale. **Tercio** principaliter ostenditur in verbo preassumpto ordo utriusque. s. legis et euangelii: cum dicitur. **Qui** venerit hoc evacuabitur illud. in quo adveniente euangelio lex ostenditur evacuari: ubi ostenditur triplex ordo legis et euangelii. s. ordo temporis: dignitatis et virtutis. **Proritate** vero temporis lex vetus prior est quam nova: quia erat dispositio ad ipsam in quantum per eam homines retraherentur ab idolatria: et tenebatur sub cultu veteris dei: sic disponebantur ad susceptionem euangelii: et hoc est quod dicit apostolus ad **Gal. iii.** Quisquam venerit fides. i. lex euangelica: ubi habetur fi-**

des explicata sub lege custodiebantur conditi in eam fides que revocanda erat. **Proritate** autem dignitatis est eorum: propter quod apostolus ad **Gal. iii.** copat duo testamentum duobus filiis abrahe: quia primus origine sicut in carne natus est: secundus autem. s. i. s. r. a. e. l. p. r. e. p. r. o. m. i. s. s. i. o. n. e. m. : propter quod fuit prior dignitate. **Similiter** lex nova prior est veteri testamento ordine efficacie et virtutis: quia obligatio illius legis cessat adveniente euangelio sicut dicitur ad **Gal. iii.** Et ubi venit fides iam non sumus sub pedagogo. id est sub lege quod erat pedagogus noster in christo: ut ibidem dicitur: quia lex evacuata adveniente euangelio. **Considerandus** tamen quod diversimode evacuatur precepta moralia legis: et ceremonialia et iudicialia. **Ad** cuius intellectum sciendum quod quod sit mutatio a contrario in contrarium: oportet terminum a quo totaliter evacuatur: sicut quod ex albo nigro albedo tollitur: quod autem ex imperfecto fit perfectum non tollitur totaliter terminum a quo: sed tamen est imperfectio. s. quod ex minus albo fit magis albus non tollitur albedo precedentis: sed tamen eius imperfectio. **Alterius** considerandum quod quod corruptio terminum a quo per accidens illud quod est ei adiunctum corrumpitur: potest tamen manere cum termino ad quem si non habeat ad ipsum contrarietatem: non tamen manet numero sed specie tamen: sicut quod ex acre fit ignis manet qualitas symbola. **Ceremonialia** igitur evacuatur primo modo: quia contrariatur nove legis cultui. **Ad** cuius intellectum sciendum quod ceremonie sicut dicitur est ordinantur ad cultum divinum: sicut dicitur **Augu. in Enchir. c. iij.** Deus colitur spe fidei et charitate. loquendo de cultu interiori. **Igitur** ceremonie que sunt quedam prestationes cultus interiori de hinc recordare cultui interiori qui est per fides et charitatem. **Est** autem triplex status hominis. unus est in quo habet fides et spes de bonis celestibus: et de his per que ad ipsa introducitur. s. de mysteriis christi: et de vitiis: sicut de futuris: et est status veteris testamenti. **Alius** est status hominis in quo habet fides de bonis celestibus sicut de futuris: sed de his per que introducitur ad celestia. s. de mysteriis christi habetur fides sicut de presentibus vel preteritis: et huius status est no. leg. **Tercius** status est in quo utraque habent rationem presentiam et evidentiam et nihil creditur: et hic est status patrie celestis. in hoc autem statu tercio ubi nihil creditur nihil est ceremoniale vel figurale ad cultum pertinentens: sicut dicitur **2. p. o. c. x. j.** Templum non vidi in ea deus deus omni potens templum illius est. **Pari** igitur ratione adveniente te statu secundo. s. nove legis ceremonie primi status. i. legis veteris cessare debuerunt et induca alie que convenirent statui novo. s. in quo bona celestia expectantur de futuro: sed beneficia christi habita sunt de preterito: et ideo quia ceremonie veteris significabant christum venturum: digni sunt quod evacuarentur in no. leg. in qua mysterium christi iam est preteritum: et hoc est quod dicit apostolus ad hebreos **ix.** Translatio sacerdotio necesse est ut legis translatio fiat. s. quantum ad ceremonialia purificationem tamen accepta: quia non significabat mysterium christi venturi directe: sed devotio nem populi ad christum. **Ubi** autem debet esse minor devotio ad christum iam presentia: et exhibitum quam tunc erat ad ipsum venturum: propter quod in novo lege manet purificationem: per quam designatur ministerio ecclesie et ipsius populi devotio. **Moralia** autem precepta evacuatur tamen modo sicut dicitur ad imperfectionem. **Quis** ratio est: quia sunt de dicta minime recte rationis et ideo manent quantum ad substantiam precepti: remota tamen imperfectione: sicut patet **Matth. v.** ubi positus preceptis moralibus additur perfectio que non intelligebatur a iudeis esse sub precepto: ubi ibidem dicitur: **Audistis** quia dicitur est antiquis non occides et. et supplet illud quod scriptum est. **Ego** autem dico vobis quod omnis qui irascitur fratri suo et. et eodem modo in prohibitione mechabereis. et subditur: **Ego** autem dico vobis quicumque viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechabatur est in corde suo et sic similitur intelligendum est de aliis: et sic patet quod moralia precepta veteris legis non evacuatur quantum ad substantiam legis: sed solum quantum ad imperfectiones: propter quod dicit apostolus. **j. corinth. xiiij.** Quia factus sum vobis evacuavi

Epistola Pauli

que erant paruuli. Status autem veteris legis compara-
tur puero fm q̄ habetur Gal. iij. Lex pedagogus noster
fuit. pedagogus autem est ductor pueri. Status noue le-
gis comparatur viro perfecto: et ideo sicut manet idē bo-
mo q̄tum ad substantiam in puericia z virili etate remo-
ta tñ in imperfectione puericie: sic est de moralium prece-
ptorum euacuatione. Judicialia autem precepta euacu-
antur tercio modo: quia adueniente lege gratie cessat eo-
rum obligatio: posset tamen aliquis princeps ordinare q̄
seruarentur in regno suo: ita tamen q̄ nō reputaret ea eē
obligatoria ex lege moysi. rō autē pdicti est: q̄ judicialia p̄-
cepta p̄ se et directe non erant ordinata ad signandum ali-
quid futurum: sicut erant ceremonialia: sed erant ordina-
ta p̄ se z directe ad conseruandum ordinem iusticie in po-
pulo iudaico: quia tamen status illius populi erat totus fi-
guralis respectu christi: vt dicit apostolus. j. Corinth. x.
In figura continebant illis: per consequens z judicialia
precepta illius populi erant figurata nō directe sed ex cō-
sequenti: et ideo si aliquis seruaret ea ex hoc q̄ tunc fuerit
statuta: hoc esset dicere q̄ status ille adhuc durat quod ē
erroneū et illicitum: si tamen aliquis princeps vellet ea de
nouo statuere posset licite. Considerandus tamen q̄ in le-
ge noua judicialia transferunt q̄tum ad eorum rigorem:
quia sunt magis obseruanda in amore virtutis q̄ timore
quia lex noua est lex amoris: propter quod dicitur. j. Jo-
h. iij. Perfecta caritas foras mittit timorem. Et sic patet
ex predictis q̄ omnia legis precepta aliquo modo p̄ euang-
gelium euacuantur: propter quod dicit apostolus ad Ro-
manos. iij. alioquens iudeos in lege gloriantes. Ubi est
gloriatio tua tu iudea q̄ in lege gloriar. vt supra p̄miserat
Roma. iij. capitulo. Et dicitur est. id est euacuata. Sequitur
per quam legem factorum. quasi diceret: non legem autē
factorum vocat legem veterem: nulla autem res excludit
seipsam vel euacuat. Sequitur. Sed per legem fidei. legē
fidei vocat legem nouam: sic enim euacuat z excludit ve-
terem. Patet igit tria predicta in verbo primo notata.
scilicet imperfectio legis moysaice: perfectio legis euange-
lice: z ordo vtriusq̄. Ad maiorem autem sequentium z p̄-
dictorum euacuationem queritur: Utrum hec epistola sit pau-
li apostoli: Et arguitur primo q̄ non: quia in hac episto-
la non tenetur modus scribendi qui in alijs epistolis pau-
li preponendo nomen suum z sui apostolatus officij: vt
patet. ergo zc. Item quia elegantior est stilus in hac episto-
la q̄ in alijs. Ad contrarium est vsus et consuetudo ec-
clesie in qua allegatur ista epistola tanq̄ ab apostolo scri-
pta. Respondeo dicendo q̄ propter rationes predictas
ab aliquibus fuit opinatum q̄ hec epistola nō esset pauli:
propter quod aliqui dicebant q̄ erat epistola Clementis
pape et martyris. Et mouebantur ad hoc quia ipse scrip-
sit atbeniensibus epistolam per omnia consimiles. Alij
autem dicebant q̄ erat Lucæ euangeliste z mouebant ad
hoc quia ipse eam primo scripsit grece: vt dicitur in pro-
logo. Alij autem dicebant q̄ erat terculiani qui fuit propi-
quus apostolorum tempozi. Sed modo indubitanter te-
netur q̄ est epistola pauli: quod probatur multiplici rati-
one: primo auctoritate ecclesie cuius est italia dubia veter-
minare: in synodo autē niceno recepit ecclesia istam episto-
lam tanq̄ ab apostolo scriptam. secundo hoc idem proba-
tur per auctoritatem antiquorum doctorum et potissime
beati dionysij qui fuit discipulus beati pauli. Iste autem
in scriptis suis allegat dicta huius epistole tanq̄ dicta pau-
li magistri sui. tercio hoc probatur ex auctoritate Chryso-
stomi sup epistolam istam dicentis: q̄ Paulus eam scri-
psit rome existens. Postq̄ enim biennio rome fuerat: pro-
pter appellationem factam ad cesarem: de qua habetur in
actibus apostolorum: habuit licentiam transcendi in by-
spaniam et iudeos ibi vidit et postea romam rediens de
illo loco hanc epistolam eis scripsit: vt dicit Chryso-
stomus. Quarto patet propositum ex his que dicuntur vltimo ca-
pitulo huius epistole: videlicet q̄ missa fuit hec epistola p̄
timotheum qui fuit filius spiritualis pauli apostoli. Qui-
to hoc idem arguitur ex zelo apostoli ad salutem iudeoz:

de quo zelo dicit ad Roman. ix. Optabam anathema
esse pro fratribus meis qui sunt cognati mei ex quibus
christus fm carnem ad Roma. ij. Diu sum aposto-
lus gentium ministerium meum honorificabo: si quo-
modo prouocem ad emulandum carnem meam. id est
iudeos vt saluum faciam aliquos ex eis: ideo nō ē ali-
quo modo probabile: quin paulus scripsit iudeis ad
eorum salutem: qui tot alia scripsit alijs gentibus pro
salute earundem: nulla autem epistola pauli dicit scri-
pta hebreis nisi ista. ergo zc. Sexto pbatur propositum
ex zelo Pauli apostoli ad euangelicam veritatez
ex quo zelo reprehendit petrum manifeste: vt habet
ad Gal. ij. Nunc autem ita est q̄ sicut necessarium fuit
ecclesiasticam veritatem predicari ad conuersionez
fidelium: sic necessarium fuit eam scribi ad confutatio-
nem heresum insurgentiu: propter quod Johannes
euangelium suoz incipit a natiuitate christi eterna. q̄a
videbat heresim hebionitaruz insurgere qui dicit christum
ante mariam non fuisse. paulus autem apostolus
vidit tempore suo heresim nazareozum insurgere: qui
dicunt esse necessarium ad salutem seruare legem vete-
rem: z nimium inualuit hoc dictum: ita q̄ etiam De-
trus aliquo modo offendit in obseruatione legalium
propter quod paulus ei resistit in facie: vt dicitur est:
ideo non est verisimile quin Paulus apostolus aliqd
scriberet conuersis de iudaismo ad confutationem bu-
ius erroris. hoc autem fit in hac epistola: vt patebit to-
mino concedente: et ideo tenendum est indiscusse: q̄
ista epistola fuit a paulo apostolo scripta. Ad primuz
argumentum patet solutio in prologo: non enim erat
apostolus iudeozum se gentiu. fm q̄ ipse dicit ad Gal-
ath. ij. Creditum est mihi euangelium prepuj: sicut
et petro circumcissionis qui em opat? zc. Et ideo non
scripsit in hac epistola: que dirigebatur iudeis nomen
sui officij: similiter nec nomen pfone: q̄ ipse erat odio-
sus iudeis: vt patet in actibus apostolorum in mul-
tis locis: propter quod epistola fuisse minus recepta
ab eis si nomen pauli esset ibi prepositum. Ad secun-
dum dicendum q̄ stilus est degatio: quia quilibet ele-
gantius loquitur linguam propriam q̄ alienam: ipse
autem Paulus scripsit hanc epistolam solam hebraice
et ideo loquitur magis ornate. Sed contra hoc in-
surgit vnum dubium: quia per infusionem spiritus sancti
cti habuit donum linguarum fm q̄ habetur. j. Corin-
thio. xiiij. Gratias ago deo meo q̄ omnium vestrum lū-
gua loquor: dona autem spūs sancti et perfecta sunt: ergo
ita perfecte loquebatur alia idiomata sicut hebraice
dicendum q̄ donum linguarum datum est apostolis
ad predicandum fidem christi omnibus populis: zio
datum est hoc donum apostolis prout faciebat ad effi-
cacia predicacionis. ad hoc autem non multum facit
ornatus verborum: sed aliquando magis impedit: vt
patet per apostolum. j. ad Corinth. ij: Sermo meus
et predicatio mea non in persuasibilibus humane sa-
pientie verbis zc. et ideo non est mirum si Paulus apo-
stolus habuit aliquem ornatum verborum in hebraice
lingua ex humana acquisitione quem non habuit in
alijs: habuit tamen omnia idiomata in q̄ntū valent ad
efficaciaz predicandi.

Sequitur caplin. j.